



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Rebus Gestis Beati Aloysii Gonzagæ E Societate Iesv**

**Marchetti, Annibale**

**Florentiæ, 1687**

Druckerlaubnis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43962**

*Dominicus Maria de Marinis Vic. Generalis  
Societatis Iesu.*

Cum librum, cui titulus ( Vita B. Aloysij Gonzagæ )  
a P. Annibale Marchetto nostræ Soc. Sacerdote con-  
scriptum, aliquot eiusdem Soc. Theologi recognoverint,  
& in lucem edi posse probaverint, facultatem facimus,  
ut typis mandetur, si ijs ad quos pertinet, ita videbitur.  
Cuius rei gratiâ has litteras manu nostrâ subscriptas,  
& Sigillo nostro munitas dedimus. Romæ 3. Apr. 1687.

*Dominicus Maria de Marinis.*

Adm. R. D. Antonius del Casto Prior S. Margaritæ  
nuncupatæ di Montici attente, & diligenter perlegat  
hunc Librum, cui titulus ( Vita B. Aloysij Gonzagæ )  
a R. P. Annibale Marchetti Soc. Iesu Sacerdote con-  
scriptum, & recognoscat an in eodē reperiatu aliquid  
obvium S. Fidei Catholicæ, & bonis moribus, & re-  
ferat. Dat. 26. Maij 1687.

*Nicolaus de Castellanis Vic. Gen. Flor.*

*Illustriss. ac Reverendissime Domine.*

Vitam hanc B. Aloysij Gonzagæ e Soc. Iesu summa  
animi attentione, & voluptate perlegi, neq; in eâ quid-  
quam offendi, quod Catholicæ possit, Romanæque,  
Fidei, & dignis Christiano homine moribus aduersari,  
imò tot, tantisque lectissimi, & sanctissimi Iuvenis re-  
bus præclare gestis, aureo quodam stylo, & consum-  
matæ eloquentiæ viribus a scriptore enarratis, unumq;  
arbi-



arbitror legentem ad sectandam maiori studio virtutem, & Deo firmè, & fideliter serviendum inflammatum iri. Sic testatum volo, pridie Idus Iunij, anno a partu Virginis 1687.

*Antonius del Casto.*

Stante supradictâ relatione, & attestatione Impr.

*Nicolaus de Castellanis Vic. Gen. Flor.*

Ad Ad. R. P. D. Ioseph Mariam Ambrogi C. Reg. ut diligenter recognoscat, & si nihil obstiterit probet. Dat. ex Ædib. S. Off. Flor. hac die 21. Iunij 1687.

*F. C. Pallavicinus de Mediolano Ord. Min. S. Franc. S. Off. Flor. Vic. Gen.*

Oculis, ac mente perlustravi Gesta hæc B. Aloysij Gonzagæ, præclarissimi innocentiae candidati, candidiore stylo a suo Authore exarata. Omniaq; inueni ita Catholicæ Fidei firmandæ, Moribusq; formandis verbo, & exemplo accomodata, ut tamen supra hominum fidem, humanosq; mores in tuo Aloysio Angelicum, ac propè Theandricum virtutum exemplar exhibeant, nec non plusquam Tullianæ eloquentiæ Idæam præferant. Et ideo, ut cõmuni legentium aliquali imitatione simul, ac admirationi pro maiori Dei, ac Sanctiss. huius Adolescentis Gloriâ inferuiant, Publicâ luce per quâ dignâ existimo. Ex ædibus nostris S. Mich. Kal. Iulij 1687.

*D. Ioseph Maria Ambrogi C. R., ac S. Off. Consultor.*

Imprimatur.

*F. C. Pallavicinus qui supra.*

Robertus Pandolfinius Senat. Ser. M. Ducis Auditor.